UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri Vltraiectini

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIIII.

Plutarchi dictionis origo duobus in locis indicata. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70886

Visual Library

fundiſſima marmoris vena. Huius rei meminit & Plinius in Naturali ſua hiſtoria, cùm inquit: Mirabile illud in Pariorum lapicidinis proditum eſt, gleba lapidis vnius cuneis diuidentium ſoluta, imaginem intus Sileni extitiſſe.

Plutarchi dictionis origo, duobus in locis indicata.

CAP. XVI.

PLVTARCHI *ſcripta pro dignitate ac merito ſuo nemo ſatis laudare atque extollere poſſit, ita omnem ſcientiam atque eruditionem ſuis ille libris complexus eſt, adeò vt ſi quis eius ſcripta diligenti lectione euoluerit, non dubium fore exiſtimem, quin omnia ei ſint adfutura, quæ in homine præcipuè politico requiri poſſunt. Nam ex ipſius Plutarchi lectione facile videre eſt, illum omnium Philoſophorum, Hiſtoricorum, Medicorum, & Poëtarum ſcripta diligenter legiſſe ac examinaſſe. & licet ſæpiſſimè eorum nomina in medium non adducat; tamen diligentius ſingula perpendenti, facile eſt agnoſcere, diſiecti (vt inquit ille) membra poëtæ, nec poëtarum ſolùm, ſed etiam philoſophorum, & aliorum hiſtoricorum. Quod nos iam duobus exemplis in medium prolatis, probare conabimur. Itaque in libro* περὶ εὐθυμίας, *volens declarare atque deſcribere, quantopere nimia cibi & potus ingurgitatio animum lædat, hac vtitur ſententia:*

καὶ μάλ

Ant. Mur
Variæ Lect.
LIII
25

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

καὶ μὴν οἶνός τε καὶ σαρκῶν ἐμφόρησις, σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δ᾽ ἀσθενῆ. & ſimiliter in libro περὶ σαρκοφαγίας, de eadem re agens, eadem vtitur ſententia. Quam Clemens libro 7. Stromatum Androcydis eſſe teſtatur, his verbis: Οἶνος γὰρ, φησὶν Ἀνδροκύδης, καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις, σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχαλεστέραν. Ad hunc locum videtur etiam alluſiſſe Plato Philoſophus, ſtatim in initio Axiochi, cùm inquit: ἤδη μὲν συνειλεγμένον τὰς ἀφὰς καὶ τῷ σώματι ῥωμαλέον, ἀσθενῆ δὲ τὴν ψυχὴν, πάνυ ἐνδεᾶ παραμυθίας. Sed iam ad Plutarchum reuertamur. Is itaque in Conſolatoria ad Apollonium ſtatim ferè in initio ſic inquit: πολλῶν γὰρ ὄντων ψυχικῶν παθῶν, ἡ λύπη χαλεπωτάτη πέφυκεν εἶναι πάντων· διὰ λύπην γάρ φασι καὶ μανίαν γίνεσθαι πολλοῖς, καὶ νοσήματα οὐκ ἰάσιμα, αὑτούς τ᾽ ἀνῃρήκασι διὰ λύπην τινες. Quo loco, quod à nemine interpretum obſeruatum eſt, videtur ad hos Menandri verſus, qui à Stobæo citantur, alluſiſſe. Verſus Comici ſic ſe habent:

Πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν αἰτία κακῶν
Λύπη. διὰ λύπην καὶ μανία γὰρ γίνεται
Πολλοῖσι, καὶ νοσήματ᾽ οὐκ ἰάσιμα·
Αὑτοὺς τ᾽ ἀνῃρήκασι διὰ λύπην τινὲς
Ἐπὰν τὸ λυποῦν πλεῖον, ἢ τὸ σῶζον ᾖ.